

PAPPI
ALEXANDRINI
MATHEMATICARVM
COLLECTIONVM
LIBER TERTIVS.

C V M C O M M E N T A R I I S
FEDERICI COMMANDINI VRBINATIS.



VICVM QVE ea , quæ in Geometria inuestigantur,diligentius expendere volunt, ò Crati ste, omne problema appellari existimant. in quo aliquid faciéndum,& construendum proponitur. Theoremavero,in quo aliquibus positis consequens ad ea , & omnino contingens consideratur,cum antiquorū alij problemata omnia, alij theorematā esse dixerint. Qui igitur theorema proponit, sciēs quodammodo consequens eius , putat quæstionē dignum , & non aliter recte proponat. Qui vero proponit problema,siquidem inductus est , & omnino rūdis,quamquam proponat id , quod construi quodammodo non possit , dignus venia est , & culpa vacat. quærentis enim officium est , & hoc determinare,& id , quod fieri , & quod minime fieri potest . & si fieri potest , quando ,& quomodo ,& quotupliciter fieri possit. Quod si quis impetrare proponat , cum mathematicas scientias profidentur , non est extra culpam . Nuper quidam eorum , qui mathematicas scientias profiteantur , per tuas problematum propositiones imperite nobis determinarunt . de quibus & similibus oportebat nos ad tuam ,& studiorum utilitatem in tertio libro collectio num mathematicarum demonstrationes afferre. Primum igitur problema quidam , qui magnus Geometra videbatur , incide-

A deter-